

1786.

1. Franck, Joannes Christianus: De obligatione accessoria, principiis quibus effectus circulo summa nonnunquam videtur.
2. Hommelius, Christianus Gottlieb: De causis studii singularis Prisoriis Imperatoris in ias Romanum.
3. Hommelius, Gottlieb: De loco crastori, qui per agnatum executionem pugnat proctorium crastorium est, in concursu
1787. *ta Boehmer* crastorum ex legibus Saxonici libato.

1787. *ta Boehmer*

1. Franck, Joannes Christianus: De jure standi in consilio provincialibus.

2. Grotius, Carolus Huddeus: Animadversiones ex jure universitatis praelectorum spicilegiorum I.

3. Knebel, Joannes Christianus: Ordinis jurius. Decanus. Lectio generalis salutis (et reputationis) mag. Ioanni Caroli Trunzadi Glacii Glacii (Glück) inservit.

4. Knebel, Joannes Gottlieb Christianus: Varia juris malehemata executive.

5. Knebelius, Gottlieb Christianus: Injurationes in processu ~~accessorio~~ intentione eorum ex legibus Saxoniciis locum habere observant.

6. Lemburg; Iohannes Grapinius: *Uinorum album metallorum*
antiquitatis suspectorum Docimatio curae repertae et novae.

7. Mecklemburg, Georgius Augustus: *Ordini philos...* Decimus.
... Solemnis conferenda triplex laureae... phis.
Sophiae et artis publicae candidatus indicit praelatione
ad hanc: De notitia terrorum politicae primis lineis recte
q[ui]b[us] Rasing p. I.

8. Tübingen, Iohannes Daniel: *De pluvia et tonitra.*

9. Ulrich, Carolus August Christianus: *De bonis laborum fundatis -*
factae hypothecae, que i[n] religio horum bonis propitiis
et minores gaudent, hanc obnoxias

10. Ulrichius, Carolus Christianus Augustus: *De intend actionis*
de recepto yustamque non hadicatu forcear.

11. Ulrich, Christianus Fridericus: *De viacione officiorum*
Giovannum et vassaliticos cum ratione

1788

1. Garbers, Carolus Henricus: *De legato re commercio exentae.*

1. Gelehrten, Carolus Duran: De satisfactione personis iuris que
feminae illustribus de iuriis acceptis proposita.
2. Peati, Martinus Gallus: Bid. juris. Decamus:
lectio benevoli o.p.s. (ad regulacionem Christian-
iusti Francisci, iustitiae)
3. Reinkens, Franciscus Vollmar: Leges Moris morales praestan-
tiores esse legibus Lycurgi et Salonis
5. Schmid, Carolus Ferdinandus: Bid. phil. Decamus:
conferenda utriusque laurea solemnia . . . rite
paraganda philosophiae et artis publicae sententias
. . . inde cit praemissa pralusione de iurisprudentia Thea-
dico
6. Schmid, Carolus Ferdinandus: De iuribus singulorum
hominum naturibus propter societatem civiles immi-
tendis
7. Schmid - Kohlsmüller

Gelehrten und
Forscher aus
verschiedenen
Gebieten und
in verschiedenen
Zeiten und
Orten auf
die Geschichte
der Naturwissenschaften
und Technik
und ihrer Beziehungen
zur Kultur und
Society
und Technik
und ihrer Beziehungen
zur Kultur und
Society

8./

DISQVISITIO HISTORICO-IVRIDICA
DE
**CAVSIS STVDII SINGVLARIS FRI-
DERICI I. IMPERATORIS**
IN IVS ROMANVM

—
QVAM
P R A E S I D E

**CHRISTIANO GOTTLIEB
HOMMELIO D.**

TITVL DE VERB. SIGNIF. ET REGVLIS IVRIS PRO.
FESSORE PVBLICO ET FACVLT. IVRID. ASSESS. ORD.

H. L. Q. C.

DIE XVIII. MENS. DECIMBR. CICCIICCLXXXVI.

ERUDITORVM EXAMINI SUBMITTIT

A V C T O R

CAROLVS AVGVSTVS GROSS

KEMBERGA - SAXO.

VITEMBERGAE,
EXCVDIT ADAMVS CHRISTIANVS CHARISIVS.

DIVISITIO MISTERICO-HYBRIDICA
DE
CVASIS STUDII SINGULARVIS ETI
DE RICCI E IMPERATORIS
IN LAZ ROMANIA

CHRISTIANO GOTTLIEB
HOMMELIO D.

LITTERA DE VERE SIONIS ET RESONAE IAVIS PRO
LESSEOE LARICO et LACATIARD VRESSI ORG

die XVIII. Jahrhundert geschrieben
ERSTDRUCK DER HAMBURGER ACADEMIE

CAROLAS AUGUSTAE GROSS

KOMMISCHEN - FABRIK

ALTE MÜNZE
SCHMIDT ALEXANDER CHINNIA

V X R O

ILLVSTRI ET IVRISCONSULTISSIMO AMPLISSIMO
SPECTATISSIMO

ANDREAE WAGNERO

SANCTIORIS FISCI ELECTORALIS CONSILIARIO

COLLEGIO

ET

V X R O

MAGNIFICO, SVMMEQVE VENERABILI
ATQVE CELEBERRIMO

IOANNI FRIDERICO
REHKOPFIO

THEOLOGIAE DOCTORI, SVMPEI SENATVS ECCLESIASTICI
CONSILIARIO, DIOCESEOS DRESDENSIS SVMPE-
INTENDENTI, ET AEDIS AD CRVCEM PA-
STORI PRIMARIO,

○宋玉

DOMINIS AC PATRONIS

SVMMA OBSERVANTIA

COLENDIS

HAS STVDII ACADEMICI PRIMITIAS

GRATA MENTE

DECENTI QVE PIETATE

DEDICAT

A V C T Q R,

*VIR ILLVSTRIS ET IVRISCON.
SVLTISSIME,*

*VIRQVE MAGNIFICE AC SVMME
VENERABILIS,*

DOMINI PERSANCTE OBSERVANDI,

*C*um singulari VESTRA erga omnes, qui literarum
studia tradant, propensione, tum perspicuis insi-
gnis VESTRI erga me fauoris documentis invitatus qua-
lemcunque hunc libellum VESTRIS Nominibus inscribere

ostre

X 3

sum

sum ansus. Nam cum ante aliquod tempus Dresdae verfa-
rer, contigit mihi esse tam felici, ut non tantum TV, VIR
SYMME VENERABILIS, hospitalitate me exciperes liberalissi-
ma, sed et Vos AMBO comitate, humanitateque me digna-
remini plane eximia. Evidem huc usque nihil magis in
votis habui, quam hoc, ut pietatis erga Vos meae, quam
in conspectum prodire iam dudum cupientem, continere
intra pectoris angustias diutius nec poteram nec debebam,
sensum publico aliquo monumento demonstrandi nancisce-
rer opportunitatem. Hinc saeculum est, ut has studii mei
academicici primitias VOBIS maxime consecrandas, VE-
STROQUE iudicio limatissimo subiiciendas putarem. Cum
vero non sit ea ingenii mei fiducia, ut aliquid a me proferri
in conspectum VESTRVM posse credam, quod subtili VE-

STRO

STRO iudicio probandum, VESTRA que persona, dignitate
ac doctrina dignum possit videri; obseruantissime Vos ro-
gatos volo, vt, si non ingenium scribendique artem potue-
ritis, voluntatem tamen meam, qua deuoti VOBIS animi
specimen proponere volui, velitis probare. Ego vero num-
quam intermittam comprecari Deum O.M., vt omni bono-
rum genere, quibus vera hominum felicitas contineri rede-
censetur, Vos ornare, viresque suppeditare VOBIS velit
ad partes reipublicae eas, quas benigna Principis Optimi
sapientia VOBIS contulit, administrandas; vt florere in-
beat splendidissimas VESTRAS familias, vt denique diu ad-
huc patriae ac literis VESTRAM velit tueri vitam.

Vos igitur hoc, quidquid est, benigne accipiatis,
meque benignitate VESTRA in posterum ita adiungetis, re-
rectis,

creetis, ornetis, ut ego tum pietatem erga Vos meam,
tum omnem vitae meae rationem diligentissime VORIS
probare studebo.

**VIR ILLVSTRIS ET IVRISCON-
SVLTISSIME,**

**VIR MAGNIFICE AC SVMME VE-
NERABILIS,**

NOMINIBVS VESTRIS AMPLISSIMIS

VITEMBERGAE,

EID. DEC.

ccccclxxvi.

ADDICTISSIMVS
CAROLVS AVGVSTVS GROSS.

§. I.



Est haec vniama vox, et certissimus in eo omnium consensus, *Fridericum I.*, cui a barbae colore Barbaros-
sae nomen Itali dederunt, mensuram optimi imperato-
ris, maxime temporum ratione habita, expleuisse, siue animi
eius fortitudinem, qua imperii dignitatem aduersus iniquam
dominandi lubidinem Pontificum Romanorum, tueri studuit,
siue adsiduam eius operam, qua enitebatur eo, vt imperium,
cuius fasces tenebat, iis rebus pollens floreret, quibus vera
reipublicae salus contineri existimatur, *) siue denique singu-
larem eius literarum et doctrinarum curam species, cuius
quidem, si in principe deprehendatur, ad felicitatem publicam
magnam vim esse, facile est ad intelligendum. Hanc vero
ostendit *Fridericus I.* inhaerere animo suo, per eximium
fauorem erga viros eruditos, qui *Bononiae tum temporis Ius*

Roma-

*) Radevicius de gestis Frider. I. Imper. lib. I. c. 14. dicit: eos dies *Fridericu-*
ricum ratum fuisse, se perdidisse, in quibus non aliquid de virilitate
imperii, de iure et iustitia inter omnes gentes conseruanda dispositum fuisse.

A

Romanum docebant, ita quidem, ut ipsi maxime tribuendum esse videatur, quod sensim sensimque hoc ius viam sibi in Germaniam muniuerit, et quod paulatim refrigerescere coepit horror ille, qui Germanorum animos ad iuris Romani nomen occupare solebat. Iam igitur, cum legum Saxoniarum auctoritas hoc exigat, ut iurium cultores abitum ex academia parentes specimine aliquo, collocati in academia temporis publicam veluti rationem reddant, circumspicienti mihi, quas ego studiorum meorum primitias offerrem, visum tandem est, meo me officio aliquo saltet modo esse satisfactorum, si scriptiuncula aliqua conatus essem hoc, ut exponerem causas, quae hunc in *Friderico I.* erga ius Romanum fauorem excitauerint. In quo quidem argumento tractando, quamquam non sit ea virium mearum fiducia, ut rite adcurateque me versari posse, putem; tamen dubitatem animum meum corroborauit spes laeta, fore, ut aequos facileisque nanciscar lectores, qui probe intelligant, in iuene si non ea, quae praestiterit, tamen voluntatem et conatus esse probando.

§. II.

Iam primum igitur quemque, qui huius temporis historiae non plane est ignarus, fugere non potest, legum Germanicarum, si non omnino omnem, tamen maximam partem extinctam fuisse auctoritatem, ita, ut quisque paulo opulentior aut potentior pro lubitu viueret, iusque magis in manibus quam in legibus quaereret. *Fridericus* igitur, cum probe intelligeret, neminem posse ulli reipublicae parti recte consulere ac prospicere, nec vel vniuersorum vel singulorum ciuium res, fortunas ac vitam defendere ac tueri, neminem denique aut expedire tempore difficulti rem publicam aut eius decus posse conseruare, nisi qui idoneis possit legibus instruere

ere rempublicam; omne fere studium suum in eo collocauit,
 vt bonas leges ciuib[us] scriberet, maxime vero, vt eorum salu-
 ti constituenda aliqua pace publica prospiceret. Hinc prima
 causa, quae Friderico I. iuris Romani studium commendaba-
 bat, quaerenda videtur in legum Germanicarum penuria.
 Scilicet capitularia illa regum et imperatorum ex gente Fran-
 corum omnem fere auctoritatem in Germanorum foris ami-
 serant,^{b)} leges Germanorum antiquae, quae omnino num-
 quam legum vniuersalium auctoritatem nachae erant, hac ae-
 tate in desuetudinem ire incipiebant, earumque haec erat ra-
 tio, vt, mutata reipublicae Germanicae facie, reliquaque anti-
 qua morum sanctimonia, vnde litium frequentia nasci solebat,
 controuersis in foro obuenientibus non amplius sufficerent.
 Ita factum est, vt tot iuuenes Germani, qui iuris scientiam si-
 bi comparare studebant, transirent in Italianam auctoritati sum-
 mos, qui tum Bononiam ornabant, viros iuris Romani do-
 ctrinam explicantes. Reuersti in patriam, non poterat fieri,
 quin, si his praefisiis bene instructi ad rem publicam accede-
 rent, in causis nouis atque inauditis, quas antiqua morum
 simplicitas legumque patriarcharum paupertas ignorauerat, diiu-
 dicandis, ad leges Romanas configurerent exinde harum rerum
 decisionem petituri. Quod si igitur Fridericus videbat, tam
 facili negotio iuris Romani auxilio difficillimas controuersias
 dirimi posse, quidni amare inciperet hoc ius eiusque studium
 adiuuare?

§. III.

Deinde huic quoque pertinere videtur singularis Friderici Imperatoris erga IClos Bononienses favor. Nam
 cum Fridericus in primis hoc ageret, vt, quae turpis superio-
 rum

A 2

^{b)} vide, quae de hac re habet Heineccius in Hist. I. Civ. l. 2. §. 47. n. a.



rum imperatorum inertia ac negligentia eripi sibi passa erat, iura regalia, restituta pristina imperatorum dignitate, vindicaret; habita in campis Roncaliis generali curia, conuocatisque omnibus fere regni Italici Proceribus, vbi inter alia^{a)} etiam de eo deliberaretur, quanam ratione, quibusque consiliis hoc optime possit obtineri, ut *ius regale decusque imperii debito prouerheretur honore,*^{b)} h. e. ut omnia iura, quae ipsi tamquam summo in regno imperanti competenterent, restituerentur ac vindicarentur; caute *Fridericus noster arcessendos curauit nonnullos ICtos Bononienses, quorum auctoritate vti posset in enucleandis, quae reposcenda flatuerat, iuribus regalibus, eosque iussit iudicare in veritate omnia iura regalia, quae ratione imperii ad ipsum spectarent, et sua esse deberent.*^{c)} Cum igitur adiudicata essent Imperatori, omnibus consentientibus, quaecunque illi ICti intellexerant ipsi competere iura maiestatica;^{d)} facile patet, per hanc rem hos legum doctores eximiam sibi conciliaffe Friderici beniuolentiam, quam tantam fuisse constat, ut *cum Dominus Imperator semel equitaret super quodam suo Palafreno*^{e)} in medio DD. Bulgari et Martini, exquireret ab iis, *vtrum de jure esset Dominus mundi? et Dominus Bulgarus responderet,*

^{a)} Otho de S. Blasio c. 14. narrat, in hac curia Imperatorem *antiquas leges renovasse, nouasque de suo promulgasse.* Sine dubio sub antiquis illis legibus Romanae sunt intelligendae.

^{b)} Sunt verba Radevici, l. 2. c. 3.

^{c)} vid. Otho Morena in historia rerum Laudensium apud Leibnitium in scriptoribus rerum Brunsv. Tomo I, p. 818.

^{d)} Vocat Radevius l. r. c. 46. haec iura *instituimus regni, quae multo iam tempore apud illas (ciuitates Italas) obumbrata in desuetudinem abiierat.*

^{e)} vel Palafredo, h. e. equo gradario, qui a passu et fraeno. quo lento gradu ducebatur, dictus; *Francogallis palefroi.*

deret, quod non esset Dominus quantum ad proprietatem; Dominus vero Martinus diceret, quod esset Dominus: tunc Imperator cum descendisset de Palafreno, super quo sedebat, faceret eum praesentari dicto Martino. Bulgarus autem hoc audiens dixit haec elegantia verba: Amisi equum, qui dixi aequum, quod non fuit aequum.^{b)} Poteris exinde facile intelligere, cum Fridericus saepius in comitatu soleret habere eiusmodi legum Romanarum peritos, eosque in tanta haberet existimationeⁱ⁾, quantum hoc in causa fuerit, ut auctoritate sua iuris Romani studium omni ratione adiuuaret.

§. IV.

Ac tertia quidem causa, quae Friderico iuris Romani disciplinam commendasse videtur, repetenda est ex odio Imperatoris erga Ciuitates Longobardicas, in primis erga Mediolanenses, qui iura liberae ciuitatis affectantes Imperatoris auctoritatem plane negligebant. Foret hoc a scopo, quem consequendum mihi proposui, et a libelli ratione alienissimum, si vellem tangere illos motus, quos ciuitates Longobardicas, maxime Mediolanensem ciuitatem excitasse, ex historia satis constat. In eo potius subsistamus, ut doceamus, quomodo haec discordiae ansam praebuerint, iuris Romani auctoritatem Friderico Imperatori commendandi. Nimirum cum ciuitates Longobardicae se potestati Imperii subtrahere vellent, cumque Fridericus hoc maxime consequi vellet, ut in Italia firmis auctoritate suam stabiliret fundamentis; nulla potiori

A 3

ratione

^{b)} Morena p. 818. l. c.

ⁱ⁾ Vocantur illi Icti, quos in curia generali adhibuerat, apud Radev. l. 2. c. 5. quaror iudices, viri disertii et in lege doctissimi. Cum his, inquit, aliquique legisperitus, qui diversi ex diversis ciuitatibus aderant, audiebat, discutiebat et terminabat negotia.



ratione hoc obtineri posse existimabat, quam hac, *ut ex iure Romano*, quod sumimum imperatoribus in omnem terrarum orbem imperium tribuere sciebat, cuiusque in Lombardia magna erat auctoritas, iura sua deriuare studeret. Quidni igitur Imperatori perplacaret hoc ius, quod huic rei tantopere fauēbat, et quod nitebatur reipublicae forma ea, talique regendi potestate, qualem affectabat, suprema et magis arbitrary? Hinc deprehendimus *Fridericum* in iure Romano versatissimum, quippe cuius orationes ex verbis et flosculis legum Romanarum compositae satis docebant, ipsum egregie fauere huic iuri, cuius principia absolutissimum in Italia imperium omnemque legum ferendarum potestatem soli imperatori vindicabant.^{k)} Nec igitur mirum est, quid sit, quod *Fridericus* omni ratione hoc egerit, *ut Germanos ad audiendos iuris Romani in Italia doctores aliceret*, eosque hac in re tantopere iuuaret. Scilicet animos Germanorum his principiis, quae ius Romanum proponit, imbutos facilime ad suam voluntatem flecti posse, facili coniectura poterat augurari. Atque ita hic quaerenda erit celeberrimae illius constitutionis, quae sub nomine *authenticæ: habita* nota est, origo, in qua iuris doctoribus pariter ac studiosis, maxime vero eius discendi gratia *peregrinantibus* singularia iura atque immunitates concessit Imperator. Quo facilius vero eius notitia posset adquiri, codici Iustinianeo eam inferendam iussit.

§. V.

Iam vero ad aliam causam transeundum est, quae *Friderico I.* iuris Romani in Germaniam introducendi desiderium excitasse videtur. Latet vero in *communi*, quam *Friderici*

^{k)} Latus exposita haec legere licet apud Heinescium in Hist. I. Civ. I. 2. c. 3. §. 60. in nota.

dericus cum aliis Imperatoribus inquietatam sivebat, opinione, successisse Imperium Germanicum in omnia iura antiqui Romani, ita quidem, ut pleno iure illi posset aequiparari. Ita vero cum superioribus Imperatoribus Romanis¹⁾ putabant recentiores Germani, omnes terrarum populos ipsorum subiectos esse potestati, adeoque suis legibus obtemperare debere. Quare solebat gloriari *Fridericus I. supremo*, quod in totum orbem haberet, dominio, se *vrbis et orbis gubernacula tenevere iactans.*²⁾ Quid vero magis illustrare potest hanc *Friderici* opinionem, quam hoc, quod exterarum adeo gentium, quae ipsius imperio non parebant, res ac controuerbias suo iudicio subiiciendas putaret? Sic statim postquam imperator factus erat, cum orta esset in Fegno Danico inter duos consanguineos, Petrum, qui et Suevus audit, (*Svein*) et Guotonom (*Kanut*) grauis de imperio controuersia, *Fridericus eos ad se venire praecipiens, curia habita in ciuitate Saxonie Martinopoli*, eorum causam decernendam sibi sumvit.³⁾ *Eo praefatis iuuenes venientes narrat Otho Frisingensis,*⁴⁾ eius se mandato humiliter supposuisse, alterumque (*Guvotonem*) relictis sibi quibusdam prouincias regium nomen per porrectum gladium abdicasse, Petrum vero accepto ab ipsius

(Fri-

D 1. 9. P. de lege Rhodia de iactu, et l. 13 et 14. C. de iudicis.

m) Otho Frising. l. 1. c. 30. — Gerebat se *Fridericus pro Imperatore Romano* tali, quales olim Roma viderat; nam cum Romanum venisset, coronatus a Pontifice exegisse a Senatoribus Romanis aliisque ipsius ciuitatis maioribus suum ius et rationem s. usum tradit. Morena de rebus Laudenb. p. 812.

n) Vult quidem Illusterrimus Comes de Bünau in vita *Friderici Barbarofae* hoc imperatoris factum defendere; sed quoquis modo fese verterit, non fatis demonstrasse videtur, iure suo *Fridericum* hanc controueriam suo iudicio subiecisse.

o) de gestis Frider. L. 2. c. 5.



(Friderici) manu regno, fidelitate et hominio se ei obligasse.^{p)} Demonstravit Fridericus eo, quam splendidam haberet de dignitate Imperii animo conceptam opinionem, cum eo adeo pertinere putaret eius auctoritatem, ut exterarum gentium res non nisi per suam interuentione componi posse existimaret.^{q)} Videtur etiam sensim haec magnifica imperatorum Germanicorum sententia de auctoritate sua per uniuersum orbem, certe Christianum, valente, aliis Regibus ac Principibus placuisse, ut adeo sponte lites suas ad Imperatores nostros deferrent, iudicio eorum dirimendas. Atque hoc in hac ipsa causa, quam supra proposuimus, locum habuisse probabile esse videtur, cum iam inde a temporibus Ottonis M. nostri Imperatores ius aliquod in Daniam sibi adsererent. Iam igitur, cum his principiis ius Romanum saueret, ac probe intelligeret Imperator, exinde demum diiudicari posse Imperii auctoritatem, si ipsius legibus vtantur populi deuicti; sine dubio facile intelligitur, cur Fridericus studium huius iuris tantopere adiuvuerit, cum eius ope amplificari posse existimaret reipublicae, quam suscepérat, auctoritatem.

§. VI.

- p) Otho Frif. cum Friderici nostri historiam scripterū ipsum Imperatorem rogasset, ut brevem rerum gestarum narrationem ipsi suppeditaret; statim initio suae narrationis, mentione facta curiae generalis Merseburgi celebratae, haec addit Imperator: *ubi Rex Danorum Petrus ad curiam postquam vocatus venit, et hominio et fidelitate nobis facta, coronam regni de manu nostra suscepit.*
- q) Ostendit hanc sentiendi rationem etiam aliis in rebus v. c. Polonos et Ungaros debellando, ea quidem de causa, teste Radevico L. 2. c. 6. ut eos ad Monarchiae apicem reduceret.

§. VI.

At volebat *Fridericus* non solum Imperio Germanico antiquum regni Romani splendorem vindicare, sed in primis etiam ipsum in eo elaborasse apparere, ut suam dignitatem atque potestatem, quam in *republica Germanica* tantopere circumscripdam videbat, amplificaret. Ac ne iniuriam fecisse videar *Friderico*, si rerum suarum augendarum studiosum fuisse contendam, vt hoc taceam, quod ipsius ingenio hoc imperandi studium maxime admodum fuerit, ^{*)} verissime hoc ita sese habere, docet omnis eius historia; nam verbis et factis ostendit, se velle restituere antiquum maiestatis, qua imperatores olim fruebantur, splendorem, nec posse sese ferre istam imperatoris persona indignam obedientiam principibus Imperii praestandam. *Nouimus*, inquit, apud Radeu. L. 2. c. 3. *quid iuris, quid honoris tam diuinorum, quam humanarum legum sanctio culmine regalis Excellentiae admodaverit;* et alio loco: *Sed nec per nostram desidiam quemquam eius gloriam et Excellentiam imminuere patiemur.* Ut vero suam auctoritatem in Imperio tueretur, Principumque superbiam deprimere, poenam illam, quae in desuetudinem abiherat, introducebat, qua Principes pacis publicae violatores affici solebant, ut canem humeris ex alio in aliud comitatuum

por-

^{r.)} Iam adhuc adolescens yndique causam belli sumens arduisque in ipsa perili aetate negotiis gerendis, tantam de se excitaverat expectationem, vt non immerito cum multorum stupore de ipso dici posset illud evangelii: *Quid putas puer iste erit?* vid. Otho Frif. L. 1. c. 25 et 26.

B

portare deberent. Nimirum imposuit hanc poenam Herman-
so, Palatino comiti, magno Imperii Principi, eiusque so-
ciis,⁴⁾ quia absente Imperatore Wormaltiā, ac circumiacen-
tem terram praeda et incendio perturbauerant; quo quidem
seuero iudicio per totam transalpini Imperii latitudinem
promulgato, tantum omnes terrorem inuasisse, narrat Otho
Frising. L. 2. c. 28. *ut vniuersi magis quiescere, quam belli-*
tum turbini infernire vellent. Aliorum, qui securitatem
publicam turbauerant, castra, munitiones et receptacula diruit
Imperator, quosdam deprehensos supplicio puniuit, in alios
patibuli tormento torquendo animaduersit. Hanc igitur agen-
di rationem, cum sciret Fridericus, contrariam esse Principum
de ipsorum libertate opinioni, optime defendi posse putabat
legum Romanarum auctoritate, quae Imperatoribus summum
imperium, legumque ferendarum potestatem tribuunt. Cau-
te igitur archiepiscopus Mediolanensis, cum nomine aliorum
Principum (aderant vero etiam Proceres Germaniae,) Imper-
atori, qui orationem fecerat de rebus Imperii in campis Ron-
ealiis ordinandis, responderet, suam orationem verbis legum
Romanarum exornabat, ratus, ita Imperatoris benivolentiam
optime posse captari. Nam postquam virtutes Friderici egre-
gie laudauit, in extrema oratione addit: *Scias itaque, omne*
ius populi in condendis legibus tibi concessum. Tua volun-
tas

4) recenset eos Dodechinus, Abbas Monasterii S. Dyfībdi, in appendice ad
chronica Myriani Scotti apud Pistorium in Illustribus Veteribus Scri-
ptoribus, Francof. 1613.

❧ ♫ ❧

tas ius est, sicuti dicitur: *Quod Principi placuit, legis habet vigorem, cum populus ei, et in eum omne suum imperium et potestatem concederit.* Quocunque enim Imperator per epistolam constituerit, vel cognoscens decreuerit, vel editio p[ro]aceperit, legem esse constat.¹⁾ Profello secundum naturam est, commoda cuiusque rei eum sequi, quem sequuntur incommoda, ut videlicet omnibus debeat imperare, qui omnium nostram sustinet onera tutelae.²⁾ Optime vero ostendit Fridericus, quam late patere existinaret potestatis suae fines per seuerum iudicium, quod expertus est Henricus Leo, Dux Bauariae et Saxoniae, Princeps in Germania tum temporis summus, quem proscriptum maxima terrarum suarum parte priuasse satis constat. Cum vero videret, in eo adquiescere ceteros Germaniae Principes, postea in rebus, quae ad totum Imperium spectabant, parum erat sollicitus de Principum consiliis, sed omnia sere suis auspiciis proprioque ausu suscipiebat. Ad hanc igitur summam in republica Germanica potestatem augendam cum intelligeret Fridericus, ius Romanum optime posse adhiberi; non poterat non vehementer laetari, si eius culturam atque auctoritatem in dies crescere animaduertebat.

§. VII.

Quamquam vero ex his omnibus satis adparere videatur, iuris Romani studium non potuisse non *Friderico I. egere*.

B 3

gie

¹⁾ vid. I. I. pr. et §. I. P. de Const. Princ. et §. 6. I. de I. N. et G.

²⁾ Est haec philosophia Pauli in I. 10, P. de Reg. I.



gie placere; tamē pūtauerim, hanc Imperatoris erga ius Romanum fauorem non tantum futurum fuisse, nisi alia adhuc causa fuisset, quae hoc ius ipsi commendaret. Est vero haec *aemulatio*, eaque iusta Imperatoris aduersus Pontificem, cuius auctoritas in dies magis magisque crescēbat, in primis postquam *Decretum* publici iuri factum erat. Satis enim ex historia constat, quantae fuerint inter *Fridericum* et Pontificem Romanum controuersiae ortae, quantoque cum odio eae sint gestae. Pontifex igitur, cum omni ratione impedire vellet, quominus Imperatoris potestas iuris Romani auxilio aucta sibi forsitan esset timenda; ne res ecclesiasticae exinde detrimentum caperent, omnem operam suam eo maxime intendit, ut iuris Romani studium, quantum quidem per ipsius auctoritatem fieri posset, coerceret. Fecit hoc iam *Eugenius III.* hortatu et consiliis *Bernhardi*, abbatis Claraeuallenfis, qui iuri ciuili parum fauens, eiusque in dies magis magisque crescentem auctoritatem rei ecclesiasticae maxime perniciosa fore ratus, ^{v)} viros ecclesiasticos et in primis monachos, graui bus reprehensionibus a studio iurisprudentiae ciuilis deterritos ad iuris Canonici studium excitabat. ^{w)} Nam non solum vsum doctrinale et academicum concéderat huic Decreto *Eugenius III.*

- ^{v)} Scribebat Bernhardus ad Eugenium III. his verbis: *Quotidie perscripunt in tuo palacio leges; sed Iustiniani, non Domini. Rectius etiam? Ifud tu videris. Eae non leges; quam litteres sunt et cavillationes.*
- ^{w)} in lib. de Considerat, ad Engen. Papam. Verosimile est, his maxime Bernhardi consiliis motum Gratianum decretum collegisse, vid. Heinrichii Hist. I. Civ. L. 2. §. 61. n. 3.

nius III.^{x)} sed etiam, ut omni modo iuris Canonici studium adiuuaret, gradus academicos, antea ius ciuile artesque liberales tractantibus conserri solitos, iuri Canonicō etiam, et quidem cum praecedentiae praerogativa indulxit, vt, qui in co-operam suam collocarent, alias etiam docere possent.^{y)} Sed Alexander III, Pontifex Romanus ea adeo progrediebatur, vt in Concilio Turonensi ao. 1163. conuocato, Religiosos coerceret, ne post votum religionis, et post factam professionem ad leges mundanas legendas vel audiendas e claustris suis exirent.^{z)} Fridericus igitur, qui ferre non poterat hanc Pontificum iniquam agendi rationem, pari modo iuris Romani studium adiuuabat, eiusque usus magis magisque amplificandi quascunque rationes adhibebat.

^{x)} vid. Boehmeri I. Eccles. L. 1. T. 2. §. 12. in notis.

^{y)} Totam Pontificis constitutionem habet vetus Kalendarium Archigymna-
fii Bononiensis.

^{z)} c. 3. X. ne Clerici vel monachi.



COROL-



COROLLARIA.

Sub Friderico I. Imp. ICtorum factiones Legistarum et Decretistarum, Gosianorum et Bulgarianorum sunt ortae.

I.

Auth. Habita. C. *Ne filius pro patre* Friderico I. perperam vero Friderico II. Imp. tribuitur.

III.

Forum Academicorum priuilegiatum hodiernum valde differt ab eo, quod in Auth. Habita. C. *Ne filius pro patre* est introductum.

IV.

Authenticae Friderici I. et II. Imp. in Codicem iuris Romani relatae ob receptionem in regula auctoritate legali gaudent.

V.

Ius Feudale Longobardicum sub Friderico I. Imp. ab Hugolino de Porta Rauennate glossis quidem est illustratum, sed id regnante Friderico II. ab Hugolino de Presbyteris de-

mum

num sub titulo: *decimae collationis Corpori iuris Rom.*
post Nouellas Iustiniani insertum.

O M I S S I T A N I O N O I R O T C U A

VI.

Regalia Imperantium Germanicorum ex textu II. Feud.
56, cuius auctor Fridericus I., hodie aestimanda non sunt.

VII.

Seuera est sanctio Friderici I. Imp. in textu II. Feud.
55, ut scriba, qui instrumentum super illicita feudi aliena-
tione sciens conscriperit, post amissionem officii sui cum in-
famiae periculo manum amittat.

AVCTORI



A V C T O R I O R N A T I S S I M O

S. P. D.

P R A E S E S .

Libellum, quem mihi exhibuisti, integrum immutatumque **TIBI** reddo. Elegans eius argumentum ipse delegisti, omnia, quae continet, **TVAE** sunt. Et quamquam materia non ubique exhausta mihi videatur, temporis tamen concessi angustia, operi accuratioreni timam addere, me prohibuit. Volui quoque, ut sit, quod esse debet, virtutis **TVAE** specimen. In quo defendendo cognos **TIBI** adero. Gratulor **TIBI** praeclaras animi dotes, parentibus filium, et patriae ciuem tantae spei, vehementer optans, ut largissimam sis habiturus affiduitatis messem. Tvo vero in me amori, quo in primis delector, ut perpetuitatem addas, Te enixe rogo. Ita vale. Scripti Vitebergiae die XL Decembr. c1500-1501

MOTUVA


Wittenberg, Diss., 1786-88

ULB Halle
004 335 899

3



f
sl,





DISQVISITIO HISTORICO-IVRIDICA
DE
CAVSIS STVDII SINGVLARIS FRI-
DERICI I. IMPERATORIS
IN IVS ROMANVM

1786 2
QVAM
PRAESIDE
CHRISTIANO GOTTLIEB
HOMMELIO D.

TITVLI DE VERB. SIGNIF. ET REGVLIS IVRIS PRO.
FESSORE PVBLICO ET FACVLT. IVRID. ASSESS. ORD.

H. L. Q. C.

DIE XVIII. MENS. DECEMBER. CCCLXXXVI.

ERVDITORVM EXAMINI SVBMITTIT

A V C T O R
CAROLVS AVGVSTVS GROSS

KEMBERGA - SAXO.

VITEMBERGAE,
EXCVDIT ADAMVS CHRISTIANVS CHARISIVS.